

ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. **I**dez est si concupivit peccare cum masculo. et quod ut inquit **2<sup>o</sup> mb. intē** tio opi nomen imponit sequit quod qualis est concupiscentia talis sit species peccati. **exēpli gratia** Si concupivit comisceri carnaliter cum soluta virgine stuprum commisit. **Si** iugatam adulterius **Si** mortalem sacrilegium. **Si** con sanguineam incestus propterea de singulis hominū concupiscentiis de liberate et cum consensu rationis factis oportet specificiter confiteri cum debitis circumstantiis. **Quis** toties peccavit mortaliter quotiens concupivit fornicari cum aliqua ut supra factis aliquibus interuallis. **Sed** si versetur continue in talibus desideriis per spacium temporis erit solum unum peccatum mortale sed tanto grauius quanto diutius in eo perseverat. **Idem** si mutat cogitationem de una persona ad aliam vel de una specie ad aliam cum eadem persona semper de nouo peccat mortaliter unde de si centum mulieres viderit unam post aliam et singillatim eas deliberate carnaliter concupisceret centies mortaliter peccaret. sed si una cogitatione eas appeteret unum solum peccatum esset habens in se tot peccatorum et fornicationem. **Si** preterit consensum solum in delectatione cogitationis carnalis licet non intederet

ullo pacto puenire ad actum mortaliter peccavit secundum omnes theologos contra et notat dura. in sum. li. i. parte. viij. ti. de luxu. q. xx. **Si** oblectatus est morose in cogitationibus carnalibus absque tamen consensu et deliberatione rationis. nam in hoc est varia opinio. **Doc. Nic. de li. Mat. v. sup illud. Qui** viderit etc. dicit hoc esse veniale peccatum. **Idem** tho. Bo. ii. sen. di. xiiii. ponens duplicem sensum expressum scilicet et interpretatum dicit quod non solum est peccatum mortale quoniam ratio consentit expresse. sed etiam quoniam homo sensit non expresse dum negligit respicere delectationem aduertens periculum retente cogitationis. **Quia** ipse sibi est causa discriminis quod non potest esse absque precepto proprie salutis et sequenter mortale. **Con. pe. alex. vero de ha. in. ij. q. ij. expresse** asserit delectationem carnalem mortalem esse mortale peccatum. **Decimum** et vltimum preceptum de non concupiscendi rem proximi.

**Primum** preceptum est. **Non** concupisces rem alienam hoc precepto prohibetur omnis concupiscentia rei aliene profermiter ut dictum est in precedenti precepto de concupiscentia carnali ideo sic poterit interrogari. **Si** concupivit deliberate hereticum non modo licito rem alienam et quod et quomodo ut habeatur species peccati que necessaria est confiteri cum debitis circumstantiis ut supra. precipue si est